



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post  
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás  
[Nürnberg], [1537]**

**VD16 D 1300**

Propositio XXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34195**

conditionum, linguarum, nationum, diversitates, cuiatis  
cunq; sint si faciunt iusticiam, accepti, Acto. 10. Si infideles, Octo - 10.  
reprobi. Augustinus in Gal. cap. 3. In fide Christi, non est di  
stantia Iudæi & Graeci, non servi & liberi, non masculi &  
fœminæ, in quantum enim omnes fideles sunt, omnes unum  
sunt in Christo Iesu. Quam alienus sit Frater non a uera  
Theologia tantum, sed etiam ab omnibus literis, uidere est.

### PROPOSITIO XXXIII.

**D**E pœnitentia dictum est, quam hactenus, contritio-  
nem, confessionem & satisfactionem uoluerunt esse.

### CENSURA.

**O**Temerarium, quam amare fidem nostram & nos  
derideat.

### CONDEM. CENSURÆ.

**E**T hic draco uirus effundit, & miseram chartam suis  
Enugis perdit, de pœnitentia superius. Porro Antichri-  
stus is est, qui sub nomine Christi ea docet, quæ sunt contra-  
ria Christo, talis est Papa, cum suis irudinibus, sacrificulis  
& sanguisitibundis Monachis, qui ea docent, quæ ex diamet-  
ro pugnant cum Christi Euangelio. Plebs Christiana, in-  
quit Frater, uiri doctissimi patres orthodoxi, scientia &  
uirtutibus præstantiss. sancti, glorioiss. qui, ut Hebræ. 11.  
copiose describit Apostolus: per fidem uicerunt regna, sci-  
licet hāc partitionem fecerunt pœnitentiæ. A quo tempore?  
A tempore primitiue, ut creditur ecclesiæ. hactenus ille.  
Egregia Sopistarum contentio diuisionem pœnitentiæ pro  
bare

patres

bare uult, per patres ueteris testamenti, qui fide uicerunt regna. Sed est arena sine calce. Patres quam nihil sciuerint de hac confessione & satisfactionibus, scimus, & pœnitentiam, non nisi contritionem & fidem habebant. Cæterū quis docuit fratrem hāc partitionē a primitiua cœpisse ecclesia? Sed sui similis est, & putat se cum Fabro suo esse in officina ferraria, ubi suo arbitrio omnia possit pingere et cudere, quæ in mentem ueniunt. Quare cum de personis declamat, ego hic nullam personam uideo, præter personam scriptoris laruatam. Nam nec patres nec primitiua ecclesia suffragantur quicq; Monacho. Vendicent sibi quidam ecclesiæ titulum, multitudinem, antiquitatem & alias notas. Nos ecclesiam audimus habentem suas notas uerbum, & fidei sacramenta, & crucem.

### PROPOSITIO      XXXV.

**C**onfessio est fructus fidei.

### CENSURA.

**P**Ecatorum confessio non est fructus fidei, sed pœnitentiae.

### CONDEM. CENSURÆ.

**C**Vm frater ignoret quid sit pœnitentia, propterea negat confessionem esse fructum fidei, quæ duplex est: Altera fidei, altera charitatis, cum ex cognitione nostri resultet contritio. In hac uero erigimur fide, magna cum humilitate confitemur Deo nostra peccata, nos a planta pedis ad uerticem usq; esse morbos. Plena est scriptura hac confessione